



## **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XLVI. Der Römische König Wilhelm zeigt dem Rathe und der Bürgerschaft  
in Lübeck an, daß er die Markgrafen von Brandenburg mit der Stadt  
Lübeck belehnt habe, und fordert sie auf, die Markgrafen als ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

laudabiliter sicut decuit a sue promotionis initio consensisti, nulla tarditate interposita, studeas sincera et efficaci deuotione placere, ac prestes eidem fidelitatis debite iuramentum, et sibi patenter ac potenter assistas. — Datum Lugduni, XI. Kalendas Martii, anno octauo.

Aus einer Abschrift des Vaticanischen Ges. Archives, Epist. Innocentii IV. Anno VIII. Ep. 570. T. II.

**XLVI.** Der Römische König Wilhelm zeigt dem Rathe und der Bürgerschaft in Lübeck an, daß er die Markgrafen von Brandenburg mit der Stadt Lübeck belehnt habe, und fordert sie auf, die Markgrafen als Herren anzuerkennen, am 25. März 1252.

Wilhelmus, dei gracia Romanorum rex, semper Augustus, Consulibus totique Vniuersitati Burgensium in Lubeke gratiam suam et omne bonum. Vniuersitati vestre uolumus esse notum, quod nos Nobilibus uiris, dilectis principibus nostris, Marchionibus de Brandenburg, ob eorum fidei constanciam et deuocionis puritatem, ac eciam feruicia quam plurima et labores, nobis et Imperio sepius per operis euidentiam exhibitis, contulimus ciuitatem Lubeke, de communi consilio principum Imperii et assensu, cum omnibus attinenciis et iuris integritate, quemadmodum in priuilegio, ipsis a nostra excellencia super eo indulto, plenius est expressum, pheidali titulo perpetuo possidendam: uobis mandantes singulis, ac precipientes generaliter uniuersis, quatinus ipsis in omnibus hiis, que ad iurisdictionem Imperialem pertinent, obaudiatis et obediatis fideliter, tamquam nobis, recipientes ipsos et habentes pro dominis, debitam ipsis exhibentes reuerenciam et honorem. Datum Brunensvik, VIII kal. Aprilis, X Indictione.

Aus der Lübeckisch. Urkunden-Sammlung I. Nr. CLXXXI.

**XLVII.** Hugo, Cardinal und apostolischer Legat, trägt den Bischöfen von Schwerin und von Havelberg auf, die Stadt Lübeck zur Anerkennung des Königs Wilhelm, da auch der Herzog von Sachsen und der Markgraf von Brandenburg denselben nachträglich anerkannt hätten, so wie zum Gehorsam gegen die Markgrafen von Brandenburg, anzuhalten, am 25. März 1252.

Venerabilibus in Christo fratribus, Dei gratia Suerinensi et Havelbergenfi episcopis, frater Hugo, miseratione diuina titulo sancte Sabine Presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem et sinceram in domino caritatem. Licet excellentissimus dominus Wilhelmus, Romanorum Rex, semper Augustus, olim fuisset a principibus, quorum intererat, legitime in regem electus, a summo pontifice, ad quem pertinet ipsius electionis confirmatio, confirmatus, et in Aquis in Regem solempniter consecratus et regali diademate coronatus; tamen, quia se aliquot ciuitates et oppida excusabant, dicentes, quod eidem domino Wilhelmo non debebant intendere tanquam Regi, pro eo, quod nobiles principes dux Saxonie et Marchio Brandenburgensis, qui vocem habent in electione predicta,